417 Exc: ac Cl. Dne.

Pudore suffusus imperio Tuo pareo, enixè super alloqio, quo me cohonestare dignaris, expeltans, horam, quamcunque libuerit, tibi à Meridie opportunam, mihi gratissimam futuram significaverit, ut inter nos mutuo tum primae inchoandae necessitudinis ac contrahendae amicitiae fundamenta jaciamus; quibus quantopere faciendis dudum hic anhelaverim; nec hic satis nec alibi usquam expromere diperim. Vale et Salve ab eo, qui inter Sacra sua hoc aeternum colit; Principibus placuisse Viris, quorum te numero minus exemptum habet. Excellentissime ac Cl. Dne.

Tuus omni observantia et cultu,

raptim ex Museo — Rob. Keuchenius JCtus.

Ad D. Hackenbergium

418. Exc. ac Cl. Done Fautor et Amice Incomparabilis.

Binas tuas Salutationes recte vidi, gratias agens pro amore, quo non solummodo me coram dignatus es, sed et absens prosequeris. Res nostrae quarum mentionem facis in literis ad Pontif. nostrum datis, tarde procedere videntur absente imprimis Sereniss. Tuo Principe Electorali, cui nunc ante semiannum destinatae sunt. Juvat tamen usque morari nec in Belgicam abeundi necessitas urget, prius ac optimum illud munus nactus fuerim, Tuum erit, quod ardentissime obtestor Sereniss. Tuo commonefacere super eo mihi promisso donario, ne spe tam longe expectata plane frustratus videar. At nundinis instantibus Francofurtum excurram, Typographis nostris Belgis Del. Pal. Excudendas traditurus, reportaturusque Galliam, quam tibi redux coram offeram. Ideo hybernare in Palatinatu adhuc dabitur, revalescente meo Fratre, qui nuperrime